



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 89. Joannes Hussus ad retractandos errores suos sollicitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1415. Cameracensis frequentius cum eo contulisse, quo pacto propositionum Joannis Parvi condemnatio impetrari posset. Insuper conquerebatur, Joannem Gersonium, quamvis se Galliæ Legatum jactitaret, aperto tamen odio Burgundiæ Duci adversari, ac propositionum Joannis Parvi denunciatores agere; idque diversis factis comprobavit. Ex his facile Attrebatensis Episcopi consilium discipitur, cum enim is ægre ferret, causam hanc a Synodo discuti, iniquius adhuc tulit, a Gersonio illius sententiam tanto ardore urgeri. Ceterum nihil desuper sancitum fuit.

§. LXXXIX.

Joannes Hussus ad palinodiam sollicitatus.

*Vander
Hardt tom. 4
p. 345.*

Ad causam Joannis Hussi redire Patres, cujus retractationem, ne extrema adhibere cogentur, ardentè exoptabant; postquam autem sæpius, semper tamen incassum, illius mentem explorassent, præprimis libros ejus ad rogam damnandos esse sanciebant, rati, se hac sententia Hussu timorem incussuros. Nec tamen ejus pertinacia frangi poterat. Petebat nihilominus Confessarium, & Monachum obtinuit, qui omni mansuetudine, atque obsequio eidem inserviebat.

viebat. Postera die prima Julii per solem-
 nem Deputationem, cui duo Cardina-
 les, alique Prælati interfuerant, ad re-
 tractandum invitabatur; quibus tamen
 responsi loco non nisi schedam manu sua
 exaratam tradidit, in qua ferme eadem,
 quæ in prioribus suis effugiis adduxe-
 rat, expressa legebantur, negans, se ar-
 ticulos sibi objectos docuisse, aut prædi-
 casse, dixitque, se nullum eorum abjura-
 turum, eo quod timeret, ne Deum offen-
 deret, contra veritatem, & sanctorum
 Doctorum sententiam loquendo. Verum
 priusquam hæc causa dirimeretur, ad
 celebrandam Sessionem decimam quar-
 tam convocatum fuit Concilium.

Sæcul. XV.

A.C. 1415.

§. XC.

 sessio XIV.

sessio hæc habita est decimo quarto Ju- Labbe Conc.
 lii. Quia vero Gregorius XII. Syno- *to. 12. p. 103.*
 di, utpote a Joanne æmulo suo convoca-
 tæ auctoritatem non agnoscebat, atque,
 si Cardinalium quisquam præsideret,
 Papatum dimittere recusabat, Patres
 Cæsarem pro hac duntaxat vice, sine
 præjudicio in futurum Sessioni præsi-
 ciendum esse censuerunt. Quapropter
 neque Missa cantata, nec reliqua officii
 divini solemnities alias consueta perageban-
 tur, sed nonnullis tantum decantatis
 Hymnis,